feruor et enim meridiam solis consuetudo in scriptu
ris ardorem dilectionis et inlustrationem significa
re sci spr per quem eadem dilectio diffunditur in cordi
bus electorum. XXI.

Omnia uasa quae fecit hiram regi solomoni in do
mo dni de aurocalco erant; in campestri regione iordanis
fudit ea rex in argillosa terra capte in regio
ne iordanis sic sunt uasa domus dni in quo uidelicet
flumine dns nr baptizari dignatus est eiusque
tinctus unda aquarum nobis alimentum in ablutione
peccatorum consecrauit; quia omnes fidelium baptis
mi quo xpo consecrantur in exemplum caelebrantur
baptismatis illius quo ipse aquas scificauit.
Recte in regione iordanis uasa fusa sunt domus dni facta;
Neque enim celestia uasa electionis et misericordiae
fieri possumus nisi ad baptismi eius quo ille in flumi
ne subiit; Respicientes et ipsius talis fluminis satage
mus ablui; Notandum autem quod non sunt in regione
iordanis sed et in campestri regione illius facta dicit
eadem uasa scriptura; Significans multiplicationem fi
delium quae non solum in iudea sed et in omnium nati
onum erat latitudine futura explet et profeti
cum quod dicit; Gaudebunt campi et omnia quae in eis
sunt; Cui simile hoc quidem propheta admixte describitur
tis dominicae incarnationis loquens ex persona
eorum qui post expleta eiusdem incarnationis